

pletissima discutit, de ipsius utilitate, materia, genere, diuisione, initio, progressu, perfectione, partibus, statibus, quiete
num et causarum generibus. His splendide dispositis, inuentionis ac dispositionis usum, quibus solis breuis et nuda oratio
contenta esse uidetur, quinque libris in tribus orationis ordine quodam doctrinae faciliore ostendit. Elocutione autem, quod
est difficillima, et in immensum effusa sit, cui memoria et pronuntiatione adnectit, ad peculiarem tractationem in qua
tuor libros sequentes recitat. Quibus cum quid de arte dici potest, abunde edisseruisset, cumque ad partes diuisionis li
bro secundo facte, de artifice, arte, et opere, respiceret, ultimo libro, quod mores ipsius oratoris, quod causas suscipiendi,
discendi agendumque ratio, finisque, et quod post finem studia esse debeant, magna cum dignitate prescribit. Et ne parum alere facun
dia et augere uires eloquentiae possit, si aliorum more precepta sterilia et nuda traderet, sine ulla subtilitatis affecta
tione, quae robur omne naturae et uirtute artium debilitare concidendo solet, bonos medicos, quod cum absentium propinat, pluit
melle poculo fallit, imitatus est. Ea enim tanto uerborum ornatu uelut ossa carne operuit, et sententiarum interie
ctarum gravitate tanquam neruosis toris adstrinxit, tanta sermonis copia, quam ad Cicerone breuitate costricta, rudioribus
obscura esse poterat, late persequendo explanauit, ut luce clariora omnia, omnia admirabilia, iucunda, amabiliaque, iu
uenibus reddiderit. Quae si quis obuiat non esse structurae artificio, compositionisque concinnitate et numeris Ciceroni
simile, respondere non propterea disertum et eloquentem non esse. An idcirco non habet orationem, quantum in hac preceptorum
traditione fieri potest, numerosam? Quae rerum natura est, quod in eodem genere non habeat copiam dissimilia, non
similia tamen laute digna sed nos docent innumerabiles quas auribus atque oculis colligimus uoluptates, quod diuersae non
tamen sensus ita delectant, ut difficillimum sit iudicare a qua maxime afficiatur. Quid Caesar proprie elegitque dice
re ceteris, Plinius, Suetonius, T. Liuius, in quo Pollio patrum uirtute notauit, Ciceroni dissimilium? an propterea non
legendi, non in diuerso genere suspicandi? Quamquam in his institutionibus oratoris, in quibus oratione perpetua uti non pot
minus id ad Fabio requirendum erat, quod in eius orationibus aut declamationibusque si extaret hodie earum loco quod suppo
sitione Quintiliani nomine circumscriberetur, quod plurimas uirtutes Tullianis proximae in his fortasse animaduertere
mus. Atque ut quod sentio, exemplo plane familiariter patefaciam, tantum utilitatis adferre eloquentiae studiosis post Cicerone
mibi Fabianus uidetur, quantum medicina tractatibus post Hippocrate Galenus. Ne igitur eam quod tot res ita dissipatas
et genere distantes, unculo tamen naturae quodam inter se colligatas, nec aliter ad eam quod quaerimus perficiendum, quod flores
et succos diuersorum generum ad mellis suauissimum saporem, necessarias, in unum tanto facilitatis studio coegerint, per
fricta fronte tanquam confusum aut plixum uituperemus, neque praesentissimorum auctorum, quos oino duos in hoc genere
habemus, principiosum diuortium admittamus, nec uo si nobis terra in Italia uia pateat, mare ad magnas merces impo
rtandas accommodatius, intercludamus. Sed ut ad id unde digressa est, nostra reuertatur oratio, haec ego fastidio
sam et insolentem quorundam censuram, quod pro Cicerone non aliter umbram eius, quam apud poetas pro Iunone nubem Ixion, am
plectuntur, inter ceteras causam statuo cur tam pauci hodie uere eloquentes euadant et Ciceronis amore inflammati,
cuncta summa atque extrema quodam lineamenta, non animam aut spiritum assequantur. Ac cum me animo et cogitatione ad exa
mendas huius eloquentiae penuriae causas attentius conuerto, longe maximam eloquentiae pestem adferre mihi uidetur, qui
pro grauioris notae auctoribus, inceptissimos libellos, quod quotidie primo cogitationis impetu, tanquam ceteris Cadmi ser
pentis dentibus emergunt, imperite inuoluti obrudunt. Cum enim grauium auctorum sententiam, idem esse in animorum affectio
nibus atque saporibus coloribusque consistet, ut quae admodum quo primam colore simplex uellerum cadorem tingitur, elui, quae
liquore testa necesse cohiberit, abstergi non possit, sic quod tenellis animis primam infuderunt, ratioque praesertim, uix unquam
mutari contingat, prodigiosis eiusmodi libellis par erat adolescentibus esse primis annis remotissimos, et Ciceroni
Quintilianoque, quod acuere et alere ingenia possunt, additissimos. In hos itaque rei literariae scopulos cum semel incur
rerunt nullo iudicio patiti adolescentibus, uel cum uoluptatum studio labore detrectant, uel ad quaestuosas artes propropere
festinant, facile tanquam naufragio studiorum omnium factio, eloquentiae et sapientiae curam abiectam non alia quidem demerita, quam
qui riuulis aut potius turbidis lacunis contenti, lymphidissimos fontes, et pleno torretes alueo fluuios aspernantur.
Quid aliud his quod ante tempora grauium auctorum monumentis abducuntur, contingere putandum est, quam spurys eiectiones, quod cer
te nutriciae uerberum beneficio priuati, nunquam uirile corporis robur colligunt. Qui poterit auaritia atque ambitioe quasi
abortu quodam ad honores et sordida aduocationum stipendia mature abrepti sibi utiles, aut patriae ciues salutares esse.
Nulla feriore disciplina in tuto collocatis moribus, nulla submixti bonarum artium scientia, effreni uita licentia, et fal
sa doctrinae persuasione tumetibus, cum se ad gubernacula Respublicae tractanda euehi uident, quod non sibi licere autumat, quam in
solefcentiam quod flagitia sese non ingurgitant, quod saeculitate inscitiae super, immundo contactu ueluti Harpyiae Virgiliae
non cotaminant. Quid discordias non committunt, et in re priuata conuertunt? Quae non uirum bonum religionis aut equitatis
assumulate spe opprimere conantur, itaque pro pacificatoribus, discordiarum flabella, pro religiosis et legum assertoribus, pro